

Perfectum est cui nihil deest scdm suam naturam entitative vel operative spectm
Natura entitative vel est elevata vel non; operative in via vel in termino.
Quaeritur de natura elevata in via: quae perfectio cum semper augeri possit
~~κατακλιναμενικακα~~ non tam definitur quam mensuratur; praeterea, cum non
sit nisi medium ad finem (gloriam Dei essentialiter in termino procurari),
non est absoluta sed relativa ad finem.

I. "Scdm caritatem specialiter attenditur perfectio vitae christianae" 2 2 184 1
Mensura caritatis in homine est mensura perfectionis in eo. Qui perfectus est
in caritate est simpliciter perfectus; si in alia virtute, scdm quid perfectus.
Proxima fidei, ex consensu traditionis et clara doctrina SS.

Gnostici: in theoria, contemplatione, gnôsis.

Montanistae: in donis exstasticis et propheticis. /sensibili modo unita Deo.

Doc 79s

Messaliani: in oratione continua qua anima fit impassibilis, impeccabilis,
FF de libero spiritu, Beghardi: visio intuitiva in via, impeccabilitas,
impossibilitas ulterioris perfectionis, actus animae actus Dei. Doc 197 274

Fouillechat: perfectio est paupertas voluntaria et absoluta. Doc 306

Illuminati, Quietistae: practice in contemplatione altiori et resignatione
absoluta. Doc 401 436

Modernistae: in esoterico intellectu dogmatum aristocratismus gnosticorum

Vulgares: in magnis poenitentiis, longis orat., extasibus, consolationibus
sensibilibus vel spiritualibus, magnis eleemosynis, operibus zeli misericord

Positivistae, Autonomistae, Psychologi pathologiae...

Probatur

Joannes XXII Ad Consolatorem [Doc 266] perfectio vitae xtianae principaliter
et essentialiter in caritate consistat.

Mt 22:35 Mc 12:31 Maximum mandatum in quo lex et prophetae

Io 17:21 Sigillum veri discipuli Xti coram mundo est caritas

I Cor 13 Ceterae virtutes sine caritate nihil; etiam fides Gal 5:6

Rom 13:8-10 Praeceptum caritatis anakephalaiosis et pleroma legis

Col 3:14 Vinculum perfectionis

II Io 4:7-21, 3:23 Deus caritas est

Finis est ultima rei perfectio: unde unumquodque perfectum in quantum finem
attingit; atque caritas est principium quo unimur fini Deo.

ad min: quo maior caritas, eo efficacius in finem dirigimur

caritas non est mera conditio sed et mensura meriti

gradus unionis in via est gradus possessionis in gloria/caritatis.

Praeterea: ceterae virtutes sunt conditiones (fides spes) vel instrumenta

II Eo maior est vitae xtianae perfectio, quo caritas

iam maiori gradu in anima habitu infusa

omnes eius actus humanos aut elicit aut imperat et informat

modo magis universali, actuali et intenso

Non agitur de sanctitate animae sed de perfectione: scilicet, si sanctitas

sumitur pro gradu quo quis in coelis erit, mensura est habitus caritatis;

si perfectio sumitur non pro statu animae sed pro perfectione qua vivit,

dicimus mensuram esse functionem cum habitus tum actuum humanorum.

Praescinditur a quaest disputata de modo quo habitus infusi crescunt in iusto.

a) Ceteris paribus, quo maior habitus carit., eo magis meritorii actus. Ita
communi consensu theologi (paucis dissentientibus).

b) Cum caritas est motivum maxime perfectum et meritorium, quo magis actuale
hoc motivum, quo magis universale, quo magis intensum, eo magis alia motiva
minoris valoris excluduntur, eo perfectius ipsi actus imperati fiunt, eo
plures sunt tales actus.

Omnes actus non sunt caritate informati, cum sine privilegio nemo vitare
potest omnia peccata venialia quae certo non sunt ex caritate DB §§3

Iterum: habitus sunt propter actum; ergo perfectio mensuratur actibus, et
habitus intrat in mensuram quia habitus mensurat dignitatem actus.

NB Haec mensura ad casus concretos applicari non potest: coefficientia enim
functionis ignorantur.

III. Attendenda est perfectio vitae spiritualis secundum caritatem affectivam simul et effectivam: ita tamen ut quoad se perfectio vitae dependeat primario ab affectu caritatis, quoad nos autem securius aestimetur ex effectibus.

Motus interni indeliberati: nullus actus caritatis ante liberam assensum.

Actus interni eliciti caritatis; imperati aliarum virtutum./caritate).

Actus externi imperati (non tam manifestativi (verbis) quam dominati a/nus

- a) sine affectu voluntario, actus externi nihil sunt; mensura externi est inter
- b) externus actus non est nisi conditio ut verus sit affectus internus vel ut affectus permaneat propter suam int̄insecam implicationem.
unde, primario et per se, caritas est secundum affectum internum.
- c) at facile confunditur actus internus cum affectu inefficaci vel dono Dei
- d) difficultas actus interni est in vincendis affectibus oppositis qui maxime in operatione externa tamquam vere victi apparent.
unde quoad nos securius aestimatur caritas ex effectibus.

Iserum, iudicanda arbor ex fructibus /Mt 7:15 Lc 6:43

non qui dicunt "Domine Domine sed qui faciunt voluntatem Patris

tamen, valorem non habent externa nisi ex affectu interno "Sacrificium et Holo
Ecclesia in processibus non affectus sed effectus attendit.

Corollaria:

- a) positive ex externis in perfectionem internam valet illatio: sunt enim modi agendi qui necessario postulent veram perfectionem internam
- b) negative ex externis in imperfectionem internam non valet: eg nervositas potest retrahere actus externos a dominio caritatis internae.
- c) practice possunt superiores reprehendere defectus externos nisi constat de involuntaria origine: Deus hoc in bonum vertet.
- d) affectus interni tantum non statim inutiles iudicandi (eg affectus amoris sine practico proposito); si veri sint, meritorii in se et boni in causa cum multum augeant dominium caritatis in totam vitam; falsitas suspicanda si non sequitur ulla augmentatio vel virtutis vel conatus ad virtutem.

IV. Attendenda est ~~caritas~~ perfectio secundum duplicem caritatis actum, erga Deum primario et erga proximum secundario.

Proximus est obiectum materiale secundarium caritatis theologicae.

Ipsa Dei bonitas infinita est obiectum formale utriusque actus caritatis.

Insuper cum Deus voluerit homines non separatim sed sese invicem adiuvantes tendere in finem ultimum (unde tota oeconomia salutis sub Christo capite in corpore Ecclesiae), sequitur quod proximus "nobis quodam socialis vitae iure coniungitur in beatitudinis perceptione vel participatione." [S. Thom., de Perfectione vitae, c. 2]; ideoque perfectio tendentiae in finem ultimum quae est perfectio caritatis, non poterit adesse absque perfectione gradu simili unionis per caritatem cum proximo in hac tendentia ad finem.' p 127

Unde nulla unquam vera oppositio inter caritatem erga Deum et erga prox.

- a) quoad affectum, facile videtur. saepe
- b) quoad effectum: per se dignior cultus Dei; ex voluntate Dei, opera externa quibus colitur Deus ~~propriam~~ relinquenda pro externis quibus consultitur proximo. Regula: ordo caritatis in operibus externis erga Deum, se ipsum (propriae perfectioni), proximum determinandus ex se et ex adiunctis personae loci etc. Nota: omnia externa non sunt nisi obiectum materiale caritatis in qua est vera perfectio; unde oppositio non inter perfectionem meam et proximi bonum sed inter media ad perfectionem meam et media ad bonum proximi, ubi omnia media non pariter necessaria ad finem, immo, ubi Deus id vult, opus externum pro proximo est in se medium optimum ad propriam perfectionem. Si regno voluntatum Dei, consulo meae maxime perfectioni

Alia perfectionis definitio: Iac. 1:4 en mēdeni leipomenoi .. teleioi

Perfectio in vitando omni peccato et semideliberato, in omni bono praecepti et consilii implendo. Haec definitio re convenit cum nostra: talis enim est effectus caritatis totam vitam dominantis. At non manifestat perfectionem hominis esse iam in via ~~quam~~ cuius terminum caritate amplectimur, neque manifestat perfectionem hominis non esse ex homine sed in unione cum alio, neque, ut ipse quid addam, dicit quid sit perfectio cum redit quaestio quaenam sunt peccata quae vitanda et quaenam praecepta et consilia implenda.

VI. Ceterae duae virtutes theologicae, fides et spes, ita cum caritate cohaerent tamquam eius immediata preparatio, ut perfectius fieri nequeat dominium caritatis in vitam hominis quin simul simili quadam ratione perfectius etiam in eo fiat exercitium fidei et spei.

Prob: augmentum caritatis supponit fidei augmentum et dein fidem perficit.

- a) supponit augmentum fidei (non tam in scientia quam in spiritu fidei quo super omnia maxima realizatione credimus) nam fides est oculus caritatis, quantum ad dominium caritatis super vitam hominis.
- b) perficit fidem: non solum quia maior habitus plus gratiae informatus, sed ipsa fides in se perficitur; quo magis amatur veritas, eo melius cognoscitur; cf de connaturalitate cum cognito: de Ver 14 10 10m; 2-2, 2 1; 2-2 1 4 3m.
- c) supponit spem (erectionem animae propter auxilium) quia maior caritas proponit semper difficiliora. Si spes concupiscentia, per egoismum ad amorem.
- d) perficit spem: caritas enim amor amicitiae; amico fidimus.

Spes: omnia animae & propter desiderium finis boni maioris; & propter auxilium dei. | virtus appetitus
| media specificativa

VII. Virtutum moralium exercitatio ideo pertinet ad integritatem perfectionis *quia removet impedimenta quae ipsius caritatis exercitium vel simpliciter impossibile (eg peccatum veniale) vel saltem difficilius facerent *et simul caeteros humanae vitae actus a VTh non elicitos aptos facit ut possint subesse imperio caritatis et ab ea in finem ultimum dirigi *immo, eo perfectius per se poterunt actus illi et tota vita humana a caritate informari et in finem efficaciter tendere, quo etiam perfectius fient scdm normas harum VMor.

Actus VMor sunt meritorii gratiae et gloriae (Trid VI c 16); dantur habitus supernaturales harum VM (sent comm); sunt meritorii ratione sui (Vasq. Suarez); sunt meritorii ratione imperii caritatis vel ordinationis in finem ultimum a caritate acceptae (S Thom, prob. ius).

- a) exercitium caritatis non est in vacuo sed his in terris, in natura composita in vita sociali inter auxilia et impedimenta. Caritas impossibilis cum peccato, debilis propter inordinatas affectiones, errores. Ergo VM remouent impedimenta ad exercitium caritatis, ubi caritas in se spectatur.
- b) ubi caritas ut dominans vitam spectatur, patet caritatem refrangi actibus contra virtutes morales, et facillime dominari actus scdm VM. Non enim propter se sed propter inordinationes oppositas caritas non dominatur.
- c) ipsa virtutum moralium perfectio ergo liberam relinquit animam ad motus gratiae sequendos docillime, fortem ad extendendam caritatem in totam vitam.
- d) non necessario datur proportio inter perfectionem unius VM et caritatis at datur inter perfectionem omnium VM in tota vita et perfectionem caritatis. Maxima patientia non probat maximam caritatem, sed omnium VM ornamentum diuturnum probat maximam caritatem. Unde processus sanctorum canonizandorum.
- e) unde maximi fit eg humilitas non propter se sed quia maximum removet impedimentum caritatis. non videtur perfectio voluntatis sed prima - ut pars et caput ipsius caritatis
- f) unde etiam non omnes VM eodem modo et gradu apprehendendae: sunt media. Nam unica caritas circa ipsam finem; caeterae propter caritatem sive ut esse possit (fides, spes) sive ut exerceri possit his in terris (VMor.)
- g) haec omnia de interno actu VMor: potest enim fieri ut quis interne sit perfectus quoad patientiam at non externe propter debiles nervos.

VIII. Observatio consiliorum (si generaliter intelligitur de operatione bonorum operum quae ex se non sunt praecepta ne sub levi quidem) ita ad maiorem vitae perfectionem necessaria est ut haec maior perfectio haberi nequeat quin semper plura agantur huiusmodi opera.

Si vero observatio consiliorum intelligatur de sic dictis "consiliis evangelicis" haec simpliciter et per se dici debet ad perfectionem non necessaria; multum tamen confert ad eam quatenus removet plura impedimenta quibus difficilius fieri solet perfectum dominium caritati in totam vitam.

Nota: cum VMor aliquo modo in genere mediis esse censeantur, quaeri potest num eodem modo consilia sint media. Respondere videtur quod VMor respiciunt primario naturalem excellentiam humanam ideoque sub praecepto sunt; at eo modo sunt media ad vitam supernaturalem quod haec vita perfectionem naturalem praerequirat simul et efficit modo altiori (unde caritas anakephalosis); at consilia sunt totaliter in genere mediis, sive ad perfectionem naturalem sive ad perfectionem supernaturalem, ideoque, cum aliqua media sint necessaria prima pars asserti ponitur, secunda autem quia optima omnium mediorum sunt consilia evangelica: regula, media in genere sunt necessaria, non in particulis.

Caritas - virtus promota - finis cari
Fidei spes circa conditione supernaturali
VMorali circa conditione naturalis
Consilia circa media ad progressionem
Caritas - virtus promota - finis cari
Fidei spes circa conditione supernaturali
VMorali circa conditione naturalis
Consilia circa media ad progressionem
Caritas - virtus promota - finis cari
Fidei spes circa conditione supernaturali
VMorali circa conditione naturalis
Consilia circa media ad progressionem

- ipsum studium vultu et proinde p. 187
- a) Utrum ipsa caritas ullatenus cadit sub consilio tantum? Praecipitur ut toto corde, etc., Deum amemus: unde caritas non videtur subesse mensurae vel stare in medio sicut VMor. Praeterea, caritas est circa finem, ceterae circa conditiones vel media: unde caritas in absoluto ponitur, ceterae in relativo. Respondeo dupliciter fieri actum caritatis, aut propter se ipsum aut propter augmentum ipsius caritatis (scdm illud fabricando fit faber); porro in secundo casu actus caritatis non qua caritas sed qua actus est in genere medii, quatenus autem medium est max fieri potest ut ipse finis (augmentum caritatis) aliter melius attingatur. Unde melius quis operam dat scientiae omissis multis actibus caritatis possibilibus: illi enim actus sunt media caritatis potius quam ipsa caritas, vel saltem praevalet aspectus medii et actus quam aspectus finis et caritatis. Quod causa dicitur actus caritatis esse obligatorios per modum finis sed non quoad exercitium.
- b) Dicitur interdum caritas aliquo gradu cadere sub praecepto et de daetero esse sub consilio, quatenus aliqua caritatis mensura necessaria est ad praecepta observanda, et largior mensura ad perfectionem consequendam.
- c) Consilium dupliciter dicitur quatenus vel plus facit quam obligatorium est: non solum signa ordinaria sed etiam specialia amicitiae inimico exhibere; vel quatenus quis ea facit quae sunt tantum media ad perfectionem augendam.
- d) Probabilior videtur de Guibert, electio boni minoris bona et meritoria.
- e) Dominium caritatis in vitam hominis habet cum qua suppositum tum qua fructum multas operationes non sub ullo praecepto obligatorias (non oblig per se sed ratione finis et ipso caritatis praecepto): nam discendum est et quod Deus super omnia est amandus, et quemadmodum hoc fieri possit in concreto; etiam hic amor est acquirendus et fovendus, proinde est in praxin producendus. Homo gignitur in potentia cum intellectuali tum voluntaria tum etiam functionali (anima et corpus, homo et mundus) ad dominium caritatis: ut haec potentia in actum reducatur, media sunt adhibenda: quae media consilia vocantur. Patet supererogatoria esse fructum caritatis: amor non mensurat laborem.
- f) Unde, per se non est perfectior qui exercet opera consilii, sed per consequens quatenus maiorem caritatem inde consequitur. Martyrium est sub praecepto, mortificatio est consilii: quod sit consilii vel praecepti nihil refert; unice consideratur caritas. Unde etiam merus numerus operum supererogatorum non probat caritatem magnam, immo cum negligentia obligationum est compossibilis. At numerus, diversitas, difficultas, coniuncta cum fidelitate in omnibus obligationibus, haec magnam caritatem demonstrant.
- g) Observatio consiliorum evangelicorum (paupertas voluntaria, castitas perfecta, obedientia spontanea) non est medium necessarium ad summam perfectionem: sunt sancti reges, divites, matrimonio utentes, nulli obedientes. At via ad perfectionem per consilia evangelica est facilior, securior, efficacior. 2-2, q 186, a 7; cf. a 2-5.
- h) Quaeritur de obligatione adhibendi media ad caritatem augendam. Praecipitur ut toto corde amemus: an hoc includit "facere ut toto corde amare possimus?" Certo, si nostra culpa est quod non possumus. Porro, sine culpa esse vix potest ut quis augmentum caritatis vel media ad augmentum contemnat. Iterum, aliqua caritas est de praecepto; atque caritas de se postulat augmentum sui. Contra quam intrinsecam caritatis tendentiam et exigentiam peccat contemnens. Tertio, non praecipitur ut media caritatis augendae nobis in concreto optima adhibeamus, nisi electio boni minoris sit mala: quae quaestio disputatur

in se hominem
in se indignum

De Directione Spirituali.

Causa Finalis: bonum privatum, in ordine ad perfectionem.

Causa Materialis: tota vita, non particularis quaedam quaestio.

Causa Formalis: Educatio. Habitualiter docet [applicat principia ad quaestiones practicas] et fovet voluntatem [excitat et movet].

Adiuncta: ex se, eligitur praelatus vel privatus, intra vel extra confessionem

Confessarius: iurisdictione praeditus in foro interno.

Superior ecclesiasticus: iurisdictione in foro externo.

Superior religiosus: constituitur per prius ad bonum commune eorum qui tendunt ad perfectionem. [quidquid sit de praecipendis actibus internis].

Director: sine iurisdictione, libere eligitur et relinquitur, ad bonum private unde dicitur "ille cui alius, manifestata ipsi tota conscientia sua, se habitualiter dirigendum praebet in via perfectionis."

I. Directori spirituali qua tali, in iis quae propria sunt huius officii, nulla competit stricta auctoritas, cui respondeat strictum exercitium virtutis obedientiae.

Probatur ex defectu tituli: non naturalis (filius patri) neque civilis, neque ecclesiasticus (foro interno vel externo) neque religiosus (nulla vota) neque contractus (sicut uxor).

Probatur ex auctoritate: negative, cum pauci quaestionem movent; iterum, quae per transennam dicuntur ex confusione muneris superioris vel confessarii explicari possunt; abbas benedictinus per prius erat director.

II. Director tamen non se habet cum anima ut aequalis vel amicus, sed muneri suo inest quaedam vera superioritas ut educatori vel magistro cui respondeat vera submissio animae dirigendae; quae submissio stricte loquendo prudentiae et humilitatis potius quam obedientiae actus dicenda est.

a) Probatur ex sic dicta obedientia; ex nominibus "pater senior magister dux."

b) Ex natura rei: ad discendam artem vel scientiam, humilitatis et prudentiae est discere et obtemperare; illud intercedit inter puerum educandum et animam dirigendam quod puero imponitur magister a parentibus, animae educatio proponitur director a superioribus. // non solum auctoritate sed et consilio

c) Ex oeconomia generali vitae spiritualis: nam per homines homines salvantur et perficiuntur; teste experientia, gratia specialis in directione.

d) Unde submissio non exigitur ratione obedientiae, sed praebetur ex prudentia et humilitate.

e) Amicus dicitur director ratione maximae confidentiae quae debetur.

Corollaria.

1. Etsi certa sit voluntas Dei animam non proprio iudicio in vita spirituali duci oportere, tamen non sicut praeceptum superioris est consilium directoris authentica declaratio voluntatis Dei. Ad summum potest director facere submissionem in re determinata conditionem continuatae directionis: excipe scrupulosos, qui alicui viro prudenti totaliter se submittere debent cum unicum hoc exstat medium morbi curandi.

2. Ut sit director sacerdos, aperte favet CIC 530 §2. At sunt facta historica: Assisiatis, Ignatius ante 1537, Teresia, Catharina Senensis.

Sed sancti erant illi. Unde nisi propter speciales circumstantias, sit director sacerdos: in generali oeconomia, magister est sacerdos, accedit praeparatio sacerdotis theoretica et practica, connexio directionis cum confessione, experientia ex confessione; praeterea, ecclesia experientiam mota esse videtur ut his temporibus minus iam favet directori non sacerdoti.

3. De auctoritate et directione.

a) Salvia sigillo et legibus secreti, ius est auctoritati inquirere in et iudicare de directione. cf Molinos, DB 1285.

b) Potest director declarare scdm principia theologiae moralis adesse vel abesse obligationem obtemperandi auctoritati; numquam de auctoritate animam eximere potest.

c) Ubi non agitur de obligatorio sed de meliori, notanda sunt:

director scit quaedam superiori latentia; et ex converso, scit superior aliam ratio habenda est scandali, discordiae, auctoritatis servandae aliae methodi (exemptiones) prius tenendae nisi magna discretione et prudentia, director non opponat regulis vel monitis superioris

4. obedientia
obediencia Xti

Ius auctoritatis

Ius directoris
d. quaed obligatio

c. quaed supradictio

2 de Directione spirituali

4. Directio circa vocationem eligendam. Potest director declarare aptitudinem, motiva; iudicare de signis vocationis; suggerere considerationes. Ultimum iudicium practicum relinquendum animae. Secus incommoda: postea enim vocatio imposita a directorio videbitur. Etiam, si nimis haesitat anima, hoc ipsum signum nullius vocationis esse potest.
5. Votum in manus directoris. Non proponi debet a direttore: practice enim imponeretur propter reverentiam. Neque accipi debet nisi inter definitos limites (eg haec mihi videtur voluntas Dei pro te), nisi post aliquid temporis. Plerumque enim imprudenter director accipit totam responsabilitatem pro anima. [In casu Ioannae de Chantal, vota non de meliori: directio secreta, director non mutandus].

III. Directio spiritualis via est ordinaria et normalis qua Deus animas ad perfectionem ducit: et ideo, ubi haberi potest, non sine temeritate et damno negligitur tale auxilium, maxime quidem ab incipientibus, sed etiam a proVectis et doctis.

Probatur

- a) Leo XIII, Doc 568, Cav 454, 'Testem benevolentiae' de Americanismo: "uti homines plerumque fere per homines salvandos decrevit [Deus], ita illos quos ad praestantiorum sanctimoniam gradum advocat, per homines eo perducendos constituit." Non autem ex Molinos DB 1285, neque ex Illuminatis Doc 409.
- b) Doctrina sanctorum omnium temporum: François de Sales "c'est icy l'advertissement des advertissements"; etiam pro proVectis, Bernardus ad apud Ogerium (retired pastor) "Qui se sibi magistrum constituit, stulto se discipulum subdit." Epist 87 7 ML 182:215
- c) Rat theol: exemplum spontaneae obedientiae et submissionis Xti ab omnibus estimandum, id quod fit directione et confirmatur gratiis specialibus. Etiam proVecti subsunt illusionibus obcaecationi: stimulari indigent. Pro incipientibus citius facilius securius; vitantur illusiones errores etiam defectus autodidactorum; heres constituitur vivae traditionis. obio: rari sint perfecti directores; at sunt utiles quos Deus nobis decrevit.

De Modo Directionis [Finis est cognoscere animam, docere, adiuvere voluntatem] Cognoscere indolem dona defectus habitus bonos et malos dispositiones gratiae ex ratione reddita cui obstant timiditas, loquacitas, sui ignorantia: unde director debet docere observare experimentare (proponendo exercitia ad cognoscendum effectum); magna discretionem uti potest iudiciis aliorum, iudiciis uti graphologia, etc. Quae ita cognoscit, non omnia tacenda neque omnia dicenda: sacrificia iam maiora esse possunt, et paulatim progrediendum; anima potest dirigi, donis a se ignotis ad humilitatem, si nota sunt directori de ratione scripta magis praecisa, remanet, attentius potest considerare; at periculum secreti; introspectionis; complacentiae (eo magis quo libentius relationes tales scribuntur). Non petenda ad documentum psychologium, neque hagiographicum (Deus conservabit si bonum, periculum illusionis).

Docere: generalis institutio animae circa principia theologiae et experientiae ut capax se regendi fiat: principia vere communia et solida, non speculationis non exaggerandae diversitates inter scholas catholicas. Solidum fundamentum.

Non satis principia docere quae explicite applicare debet: saepius falsas conclusiones ducimus et veras non ducimus. Non tamen increpanda intelligentia et citius ne progrediatur: observare statum animae si paratus ad altiora.

Fovenda bona voluntas: paucissimi, etiam proVecti, tali auxilio quandoque non indigent, sive debilis, inaequalis, inconstans voluntas sit ideoque confortari debet, sive fortis, rigida, dura ideoque molliri. Director enim magister est, neque sua voluntas imponi sed animae formari debet. Cum gratiae effectu directoris actio in voluntatem est coniungenda: ne anticipet gratiam neve liberam Dei actionem impediatur; principium enim Dei est et efficacia ab eo. Unde cautissime adhibendi sunt probationes cum Deus probationem sine gratia non det, director autem probationem det sed gratiam simul sere non possit.

NB Quidquid sit de apparenti utilitate adiuvandi animam in rebus temporalibus sive consilio sive procuratore, tot et tanta sunt pericula et incommoda inde profluentia ut nisi in raris exceptionibus omnino specialibus neque consiliare neque, a fortiori, procurare oporteat.

De periculis in directione cavendis

a) ex parte filii spiritualis:

pusillanimitas et timor responsabilitatis
falsa securitas qua putat omnia directori curanda
pigritia in volendo et statuendo
vana gloria et amor proprius in loquendo de se, nimia conversio in se ipsum
Mrespectus humanus vel e contra garrulitas indiscreta
affectivitas nimia erga directorem

b) ex parte directoris:

despotismus, servans filios ut minores, imponens sias suas indiscriminatim
incompetentia, suscipiens quaslibet animas absque necessaria praeparatione
vana gloria et complacentia de numero, qualitate filiorum
temporis iactura et garrula curiositas /affectus
inefficacia, debilitas, respectus humanus in modo dirigendi, nimis naturalis
illuminiſmus, dirigens animas scdm putativa lumina caeco modo recepta

c) quarum rerum causae esse possunt:

conceptus erroneus directionis: non educare, sed supplere voluntatem et
de praesenti curare
abusus principiorum a priori vel, contra, exclusivus empirismus
presumptio se omnes dirigere posse
naturalismus quo uterque nimis fidei datibus naturalibus, neque partes
primas relinquuntur gratiae et mediis supernaturalibus.
praesertim naturales defectus directoris, qui non bene se novit, se corrigere
non est satis conatus; qualitates quae prima facie favent sed re vera sunt
faciunt directionem minus fructuosam vel periculosam: affectus magnus,
nimia affabilitas, firmitas in praecipiendo (si ex alia parte nimia
docibilitas, facilitas in loquendo de se).

De Directoris Dotibus

Scientia: theologica dogmatica et moralis, spiritualis; cognitio diversarum
scholarum; cognitio litteraturae spiritualis ut possit dirigere et aptare
lectionem; cognitio psychologiae et psychopathologiae ut casus saltem
suspiciari possit. Secus, periculum directionis merae empiricae in qua
casus nova vel difficiliore non intelliguntur.

Prudentia et rectum iudicium: dos partim innata, unde sunt qui inepti ad
directionem sint; sed potest valde augeri, cohibere festinationem in
iudicando, examinare directionem datam, rationem habere diversitatis
animarum, cavere sua praesudicia, conclusiones aprioristicas.

Experientia: ex personali praxi vitae spiritualis, ex directione accepta
bona vel mala, ex directione tradita. Directio est ars.

Sanctitas: directio est cooperatio cum actione gratiae in animam, ergo quo
maius director ex caritate vivit, eo magis directio sua ex caritate erit,
magis efficax cum ratione sui tum ratione luminum quae merentur sibi et animae.
Sacerdos prorsus tepidus potius nocet quam adjuvat in directione.

Experientia personalis eius status in quo anima versatur est directori utilis-
sima: facillime intelligit. Tamen ex studio, ex relationibus sanctorum,
ex vera spir vitae experientia personali qualibet, potest quis sufficienter
animam in contemplatione infusa dirigere; immo saepe melius quam ille qui
habet experientiam sine scientia sufficienti.

Preferenda est scientia cum vera vita interiori quam eximia sanctitas sine
scientia: maxime fugienda est scientia dimidiata cui director fidei.

Raritas bonorum directorum e triplici capite petitur: ipsa rei difficultas
patet si dotes respicis; secundo, non raro non satis aestimatur momentum
huius rei pro quolibet sacerdote, cum ubique sunt animae capaces magnae
perfectionis quae tamen non assurgent sine alicuius directoris adiumento;
erronei denique directionis conceptus, cum multi difficiliorem inventu
credunt directorem sufficienter bonum; cum multi directionem renuant ob
nimiam diffidentiam. Initialis instructio a quolibet fere.

Electio Directoris.

Multis a providentia proponitur director: parochus, pater spiritualis; tunc praesumptio stat pro illo; sed constare potest rationabiliter vel ante vel post experimentum hunc hominem minus tali animae (mihi) convenire.

Quomodo eligendus? a Revelatio, uti in casu B. de la Colombiere. Exptionalis casus. b Motus spirituales, considerati scdm regulas discretionis spirituum; sed vis horum motuum est praeparativa, confirmativa, in dubiis et ceterum aequalibus decisiva; debet consultatione firmari. c Ratio, dotes supra descriptae; facilitas adeundi, aperiendi; aliae similes convenientiae quae non ex mera sympathia naturali sed ex lumine fidei sunt aestimandae.

Mutatio? Interdum a providentia imponitur mutatio propter mutatam habitationem; ordinarie enim melior erit mutatio quam directio fere nulla vel per litteras. Ne fiat propter timiditatem quam cum omnibus experietur, vel similem tentationem. Fiat propter fundatam difficultatem in anima aperienda, in inefficacia direct., in errore gravi directoris qui non intelligit animam: sed sine festinatione, prudenter, consulendo tertium.

Idem confessarius qui director? Necessario confessarius quandam directionem dat, et quasdam materias nisi in confessione non possunt tractare. Unde maior unitas directionis. Sed non raro graves rationes pro separatione: frequentior confessio quam bonus director adire potest. Hic casus tamen rarus in simplici directione, frequentius in directione aliquatenus complexa vel casibus minus ordinariis.

Si idem, an munera separanda? Non quoad locum, saltem pro mulieribus: directio in confessionali. Quoad tempus, utilis distinctio. Melius est prius sacramentum deinde directionem tradere. Animabus vitae spiritualis assuetis, melius dare directionem minus frequentem sed amplioem, ut profundius cognosci et iuvari possint. Sed haec in genere tantum: adiuncta rem mutant.

Pluralitas directorum. Verus director necessario est unus; quod tamen stare potest cum consilii petitione ab aliis, scdm voluntatem ecclesiae quae libertatem hac in re tutatur; inculcandum tamen est quantum oriri possit detrimentum pro progressu spirituali ex consiliis undecumque collectis, et minus aptis quia animae non bene gnoscuntur (praesertim pro anxiosis et scrupulosis);

Directio per epistolas.

a Consultatio semel vel raro data. b Regulare commercium in quo de aliis rebus cum persona quae proprium habet directorem. c Unicus director per epistolam.
Impossibilitas cognoscendi statum animae quando accipit epistolam.

Impossibilitas corrigendi erroneam interpretationem

Impossibilitas epistola dicendi multa utilia vel forte necessaria

Possibilitas quod epistolae eis communicantur quibus non intenduntur

Facile magna temporis iactura sine fructu vero qui aliter non haberetur

Difficultas saepe servandi secretum sine admiratione vel scandalo

In a et b conflictus inter directionem ore et scripto traditam

Et tamen sancti vere et supernaturaliter prudentes per epistolas dirigebant.

Modus ordinarius est ore: neque ordinarie (sunt exceptiones maxime timiditate) sufficiens ratio est difficultas se aperiendi novo directori.

Nisi antea directa cognitio, inutilis fere semper. Si de responsione tantum ad questionem, caute rescribendum: quaeruntur auctoritates contra proprium directorem.

Raro sufficit brevis cognitio et directio oralis: nisi forte negotium tempore exercit. inceptum per epistolas completur (eg vocatio)

Frequentior esse potest casus ubi anima diu et intime directa ab aliquo, in casu difficiliore et complexu, sine vere sufficienti direttore secus, etc. Sed director non debet proponere: quod esset imponere.

Consilia spiritualia prudenter, discrete, reservando potiore auctoritatem veri directoris, saepe valde utilia. Si quis alium bene novit; intime loqui potest. Non tam dubia solvenda veraque directio danda, quam animus excitandus, fervor communicandus, inculcanda principia solida profundae vitae interioris.

ERGO in ipsis epistolis.

Nihil scribendum quod aliis non possit exhibere./sed saltem verbo recolere.

Ita ut singulae epistulae sibi sufficiant: supponere nihil pure virtualiter

Inculcare epistulas unice pro anima illa. Sint quam breves esse possint.

Amplior concedenda libertas alios consulendi.

Clandestinitas omnino vitanda: uxor, religiosus vel religiosa, debent habere approbationem eorum qui in eos habent auctoritatem. Comoda talis directionis vix unquam possunt compensare incommoda et pericula clandestinitatis.